

6 Gene 34



Cartusia

Beatae Mariae de Allione in Sabaudia et Diocesi Cenerensi.

Inter Camberiacum totius Sabaudiae primariam urbem et Montmelianum duabus
leucis utrinque distita fundatorem agnoscit Humbertum hujus nominis tertium,
Sabaudiae (Maurianensis) Comitem, ut ipse emat profitetur in litteris fundationis, quarum
potiorem partem Guichemo inter probationes suae historiae retulit ut sequitur:

« Quod intuitu ^{scilicet} sit pacis et bonitatis sic est stabilizandum, ut de cetero maneat
inconcassum. Artifex enim est praesens aetas, et id calumnioso tentat infringere, unde
lucrum sibi putat extorquere. Praesentibus itaque et posteris notum sit, quod Ego Humbertus
comes Maurianensis et Marchio Italiae pro remedio animarum Patris et matris meae
et parentum meorum, et pro remedio anime meae, amore Dei Omnipotentis, totius Domus
Allionis in ordine Cartusienso fundator exalti: territorium, et quicquid in illo loco de jure
possidebam, praedicto ordini per manus Domini Guigonis venerabilis Augustensis Episcopi
fratris, tunc temporis Lionis majoris, cui pro cordialitate adhaerebam, quicquid ibi habebam,
et quicquid ibi acquirere, emere infra terminos eorum potui, libere donavi et concessi. Hoc
quidem, ut praedixi, donavi Deo et Beatae Mariae primae, et ordini Cartusienso, et illius loci
servitoribus, prout melius ad honorem Dei et ad usum illorum, evenire poterit: Propterea
quia infra terminos hujus Domus non multum abundavit pisces, donavi domui praedictae
pacem meam de la Cuelli quem jure possidebam. » Notandum ex Guichemore probat. histor.
generale Sabaudiae p. 43. 44.

Sed in cartulario Domus Allionis sequitur utroque quibusdam nobilibus nomine
Rantelmo et Guillelmo frater ejus, praedictibus etiam uxore et filiis eorum, donavit
quicquid de jure possidebant infra terminos illius Domus. Hoc quidem donaverunt libere
dictae Domui. Hoc autem factum est Camberiaci per manus Domini Guigonis Lionis
illius Domus, praesente etiam Gaucherio marchio fratre patris Rantelmi et Guillelmi,
et Amodeo de Chamberiaco et Gaucherio de Rouvrie et multis aliis. — Item fit mentio
donationis sine venditionis factae per Bosonem de Apporo monte, consilio et voluntate
fratrum meorum Richardi et Gaucherii, quibus et assentirent alibi. Donavit Comes

concaubium, et eadem domus Allonis de bonis suis predicta Rosoni donavit duo mille
 et sexcentos et quadraginta solidos: Hoc etiam factum fuit in capella de Superomonte per ma-
 num Domini Guigonis tunc temporis Prioris de Allone. — Item Chabertus de Barraç donavit
 laud antebus filijs suis Amblardo et Bernardo, pro remedio anime sue et Amblardi Patris
 sui, Ecclesie ^{ste} Marice de Allone et servitoribus ejusdem loci, quicquid de jure possidebat infra
 terminos illius domus, et habuit ab eadem domo XX et VIII libras Viennensis monete: Hoc autem
 factum est per manum Amblardi Prioris illius domus presentibus senioribus ejusdem domus et
 patribus quorundam plurimis, Bernardo procuratore et Petro de Duabone, et Ugone sacrista, et
 Chaberto et Aremberto canonico de ^{ste} Georgio: Petro fabro, Heptanno et Joanne Rufo conversis,
 presentibus etiam laicis Petro de nemore, Aimone, Magnino et Putolo, Quintello de Barraç
 qui habuit inde tunicam, — Pontius quoque de Comfens quendam terram, dedit dictae Ecclesie
^{ste} Marice de Allone, et hoc factum est in presentia D. Guigonis Augustensis Episcopi coram
 Priore Amblardo et senioribus ejusdem domus Bernardo procuratore, Ugone sacrista et Chaberto,
 Petro Clero et coram patribus Petro fabro, Fulcherio, et coram laicis ^{vobis?} Vilfrido de Mediolano,
 Guidone de Alledis, et post hac ^{has?} donationes et venditiones factas, ut verisimile est, ad instantiam
 principis fundatoris, et ut in hoc et cetera, quae etiam habentur apud Guichenonem, sequitur, vide-
 licet: « Volo firmis presentibus et posteris ratum fieri quod Ego Humbertus comes Maurianensis
 et Marchio Italiae, concessi et libere donavi Domini Allonis per totam terram meam, nemora
 et pascanas, et propria ad hyemandum oves, pasua ad velles, etc. » In quibus patet soli Humberto
 debere nomen fundatoris et etiam post eum, Delevavit Thomas Comes filius ejus, dato se-
 quenti Diplomate:

Noverint qui presentes sunt et futuri, quod nos Thomas Maurianensis Comes et in Italia
 Marchio, attendentes quod genitor noster Dominus Humbertus Maurianensis Comes bona memoria
 zelo charitatis succensus benivolum Allonis fundavit, gerens in voluntate et proposito eandem ad perfec-
 tionem usque, si licuisset, persolvere; cum proventus morte, quod propositum non poterit cons-
 uumare: ipsius vestigia, et si non in omnibus, saltem in aliquo imitantes, bene memoratoe
 habitatoribus quicquid in Alpe Carbonis de pseudo nostro fuit acquisitum, habendum, tenendum
 et in pace perpetua concessimus possidendum, etc. —

Supra scripta Diplomata nec annorum nec dierum quibus data fuerunt, non habent:
 unde non facile est annum fundationis certo asserere. Constat quidem hanc domum jam funda-
 tam fuisse anno 1178, quo monachi Gigniacenses sequentem fecerunt donationem:

Memoriae commendandum est, et ne forte per successiones temporum oblivioni tradatur, literis annotandum, quod monachi Gigniaci communi consilio ipsius Ecclesie dederunt et concesserunt Tomaso Guigoni Priori de Allion suisque successoribus ipsius Ordinis illic succedentibus quicquid juris ipsorum in eadem parochia, in qua tunc prefatus Ct. monachus videbatur esse, jure perpetuo possidendum. testas P. Prior Tulliae Vallis, Hc. presbyter, P. monachus de cast, Johannes sacerdos, Iustachius sacerdos, Bernardus sacerdos et plures alii - Anno M^o C^o LXXVIII^o actum, est hoc. » (In cartulario Allionis fol. 2)

Itaque ut diximus jam inchoata erat haec domus anno 1178, sed nondum ante, cum Thomas comes dicit in suis literis superius excerptis patrem suum Humbertum, hemum, Allion fundasse, sed proventuum morte, quod profecerat, non potuisse consummare. At Humbertus de Guib. mortuus est anno 1188 vel utiam citius, unde patet hanc fundationem ab eo inceptam ^{Hist. 92.} fuisse ultimis vitae illius annis, ac proinde tempus assignandum, juxta veterem domorum Ordinis catalogum, an. 1176, quo etiam anno vel paulo ante Guigo Prior Majoravi, in cujus gratiam Humbertus videtur ex suis literis et in supra insertis hanc domum fundasse, fuit tantum institutus. Nec audiendi sunt qui annum fundationis ponunt 1143, et non constat eos deceptos fuisse ex codice antiquorum statutorum, apud majorem, cartusianam, asserto, in quo inter priores, qui primo Capitulo generali sub Basilio celebrato adfuerunt, enumeratur Hc. Prior domus Allionis per unicam, Id, quae est domus Algonis hinc Augionis quae per centum, et ultra annos vocata est Allionis, quam tamen multi confuderunt - cum haec nostra domo, de qua ^{nunc} agimus, Allionis, licet in editione antiquorum Statutorum, ad tollendam ambiguitatem, editum fuerit Augionis. Propterea quomodo Humbertus auctor esse potuisset hujus domus anno 1143, quo nondum erat ^{ante annis!} octuennis, necdum Tahi successerat - qui obiit tantum, anno 1149.

Praeter locum, et alia in praescriptis diplomatis expressa pater fundator Humbertus quosdam redditus concessit pro cera, oleo et vino ad opus Ecclesiae et missarum. Cumque super his post illius mortem, orta fuisset aliqua dissensio, hanc sedem prefatus filius ejus et haeres Thomas easdem donationes confirmans novo diplomate, quod laudatus Guib. ens inter suas probationes dicit retulit ut sequitur:

Thomas Mauricemae comes et in Italia M. archieps: Univeris praesens scriptum visentibus vel audientibus salutem, Ex bonis operibus inveniuntur abundare quod gerendum, inspirat homini Divina gratia, sic debet fieri certum, ac stabile, quod non possit procerum temporis improborum calumniis revocari. Cognoscat igitur praesens aetas quod Dominus meus pater Humbertus

71
Bonae memoriae Comes Mauriense in restitutionem novorum peccaminum & atque parentum
et eorum qui de suo sanguine sunt descensuri, elemosynam faciens, donavit jure proprio in
perpetuum Deo et B^{te} Mariae, patribusque cenobii sanctae Domus Aillonis XIII solidos cens-
uales, super tenementum Sylvonis, et Joannis Audemari de Epervay, sub annua pensione
reddendos, et pro annona quam debebat domus Sylvonis, que habebat duas partes de vini V 1 of, qui
quinque solidi pro cera et oleo ad sedes eorum illuminandas, et X sometas vini meri, apud
Aquam Bellam, de suo clauso proprio, pro sacrificiis missarum celebrandis, ibidem, ceterisque
ipsorum usibus tempore viduarum annuatim solvendos. Quod ut firmum et omni stabilitate
subnixum, in posterum sine vexatione permaneat, nec aliqua possit processu temporis vexa-
tione perturbari, per me et per meos successores, prefatae donationem, memoratos domini et
patribus ejusdem loci, premissis pacifice tenendam et habendam, confirmo, et ad majorem
rei firmitatem, presentem paginam, sigilli mei munimine, volo recipere firmamentum.

Actum est hoc anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCCXVI. 25 (1216)

Litterae ejusdem Thomae pro eadem domo

« Notum sit omnibus praesens scriptum videntibus et audientibus, quod Ego Thomas Comes
Mauriense, et in Italia de archiepo volens ad Dei servitium, apud Albigen iter incipere ac perficere. Con-
fessor Dominum Jo. venerabilem religiosae domus de Aillone Inverem coram me apud Cambriacum
venisse, atque promissum et paratum ad respondendum fuisse, super querelis et querimoniis, quas illi
de Compta pater domus et fratres de Aillone proponebant, vel proposituri erant, super Albigus
de Charbone. Unde, cum dictus Prior, per duos dies expectans eos ibidem moram fecerit, nec ipsi
per se, vel per responsalium comparuerint, precipiendo, et adicendo sub poena lx librarum, disticta
manuum, ne ipsi, vel aliquis alius, occasione ipsorum, dictam domum, vel fratres, seu res ejusdem domus,
aliquatenus offedere, vel molestaré praesumerent; scilicet namque tenes bene et casti, quod in adventu
nostro (si deus nobis per manum gratiam, reditu concesserit) ipsos, secundum formam juris omnibus de
se congruentibus, ad satisfaciendum promptos et paratos invenimus, hijs rei testes sunt Dominus
Andolmus de Meriolans (Merolans) Dominus Humbertus de Seyssel; Guillelmus et Guido fratres ejus de
Balma, Dominus Probus scriptor Domini comitis, Dominus Languis, Dominus Jacobus de Corvenna
Montis Molani Castellanus et Chamberiaci Villicus. Insuper ut hoc ratum et magis certum habetur,
presentem paginam, sigilli mei munimine tradidi, roboratam et confirmatam, » (Guichm.)

Litterae protectionis ejusdem

Ne calentur a memoria gesta temporum, litterae perpetuo solent conservari. Innotescat

ergo tam futuris quam presentibus, quod ego Thomas Comes Maurien. et in Italia Marchio, sub protecti-
one et manutentione nostra, et omnium successorum nostrorum, prout melius possimus, et expressius
poterit intelligi, Domus de Allione Cartusensis Ordinis, ponimus custodiendam, et omni munimine
in perpetuum defendendam. Si quis autem, dictam protectionem, vel custodiam nostram, infringere, vel
violare aucto temerario presumpserit, iram nostram graviter incursisse, et in poenam, banni nostri,
scilicet centum marcarum, argenti, cum maxima corporis tormento, se noverit incidisse. Itaque pro-
fecto vel custodia, a terminis ejusdem Domus et infra in omnibus rebus ipsorum mobilibus et im-
mobilibus continetur, et omnibus ad eos venientibus, et ab eis redeuntibus, vel etiam refugientibus,
eandem protectionem, concedentes. Verumtamen res ipsorum, ubicumque sint, sub nostro munimine
omnino ponimus protegendas. Et autem carta ista, et que in ea continentur firmiorem habeant
soliditatem, sigilli nostri munimine duximus roborandam. » Latant et alioe littere ejusdem Comitis
de quibus infra inter benefactores.

1236. Concessio eidem Domui ab Amadeo Sabaudie Comite.

« Anno Domini M (CXXXVI, Indictione IX, VII Kal. maii. Ego Amadeus Comes Mauriensi et
in Italia Marchio, pro salute anime mee, Prodecessorum, que meorum, et successorum. In nomine Domini
nostri Jesu Christi; presentis die dono, et jure proprio in perpetuum, concedo religioso Domui B^{te} Marice
Allionis Cartusensis Ordinis, et fratribus ibidem Deo famulantibus, Guillelmo Thabaldi De Cambesiano
procuratoris nomine, pro eadem Domu recipiente, dono inquam, plenam, et liberam, potestatem, acquirendi
terras, prata, pascuas, nemora culta et inculta, etiam dictae Domui necessaria, ubicumque voluerint
in territorio illo, quod vocatur Plagnia de Montemeliario, quantum daretur in Longum et in Latum, etiam
et in aliis partibus adjacentibus, per me ac per meos successores, promittendo nunquam contravenire,
sed quicquid ibi Deo, titulo emptionis, vel donationis seu aliquo alio modo acquisierint, modis omni-
bus conservare manutentione, et ab omni homine defendere semper et authoritate. Insuper et
ad majorem rei firmitatem, et ut supra legitur, robor obtinet perpetuam firmitatis, presentis instau-
mentum, inde fieri rogavi, et sigilli mei munimine roborari precepi: Actum est hoc apud
Montemeliarium, in Chabneto, supra Domum, quondam G. Marscalei: interpres testes subro-
gati Dominus Humbertus de Seyssellis, Petrus Silvestri De Montemeliario: Petrus et Andueo de
P. Archet in Augusta. Ego Willielm. Notarius interfui, et sic rogatus scripti et subscripsi, et
tradidi fideliter. » (Symbon. loco cit.)

1241. - Confirmatio Privilegiorum ejusdem Domus Allionis

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod nos Amadeus Comes Sabaudie

18
et in Italia Marchio, ad religiosam ^{domum?} Domus Allionis personaliter venientes, Anno Domini
MCCXLV, Indictione XIV. XI Kal. septembris, Volentes et optantes facta et statuta Antecessorum
nostrorum confirmare et stabilire, de prudentum virorum consilio, omnia supradicta
laudamus et concedimus, et rata et firma in perpetuum habere promittimus, in observando
et conservando inviolabiliter beneficium. In cuius rei testimonium sigillum nostrum iussimus
apponi. Ad hoc sunt vocati testes ^{Petrus} Dominus de Tornone etc. . . .

Henr. Princeps suo testamento condito anno 1252, die 19 septembris legavit huic
Domui et majori Cantuarie, ac Domibus Vallis de Hugonis, Arverice et illius b. benedicti, uni-
cuique Domui mille solidos.

Bonifacius a Sabaudia Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia quondam
Cantuaricus suo testamento condito anno 1264 huic Domui legavit 50 libras Viennenses
pro censuris redditibus ad anniversarium suum, annis singulis faciendum, et totidem pluribus
aliis legavit.

Petrus Comes Sabaudie suo testamento condito anno 1268 triginta libras concessit
Sybilla de Belgio uxor Amedei comitis Sabaudie anno 1294 legavit decem libras
Viennenses pro decem solidis annui redditus acquirendis pro anniversario singulis annis
faciendo.

Quidam alii Benefactores Domus Allionis.

Dñus N. de Chandialo primus omnium Principis in Humberti erga nos munificen-
tiam imitatus, eo consentiente et confirmante grandam fecit nove plantationi donationem
quam Berlio de Chandialo filius eius post eius mortem, revocare tentavit, sed Thomas Comes
Sabaudie ^{dux} fundatoris filius nostrus contra Berlionis revocationem, testatus est id alius tabulis
testamentariis sub sequenti forma:

Thomas Comes Sabaudie et marchio in Italia meo dilecto militi Berlionis de Chan-
dialo salutem et amorem. Ante presentiam nostram fratres et conventus senatus Domus
Allionis conquesti sunt quod injuriarum iam dictae Domui de Aillone de donatione quam Comes
Umbertus quondam pater meus eidem Domui donavit, et pater tuus similiter donationem concessit
et confirmavit dictae Domui de Aillone in perpetuum, et pater tuus voluit et Comes Umberto
quod et nos scilicet dictae Domui fecit litteras suo sigillo sigillatas, et etiam sigilli nostri mun-
imine, eas corroboravit, quod idem placuit Comiti ^{Henrico} tunc ^{inter} patri meo facere: quoniam
tibi procurando in and annis et rog. adducit ut ab inquietatione et injuria super donatione

quam recolunt scripta Dicitur Domus de Aillone, te debeas abstinerere quod misereris, scias
 certissima nos talium injuriam, nullatenus sustinere. Item tibi mandamus et districto
 precipimus ut bestias dictae domus et bestias eorum hominum qui bestias domus custodiant
 et penam, et pretium custodias et defendas ab omnibus hominibus: Et hoc quod cepisti de
 eorum rebus, restituere debeas integre et perfecte, quia tantum diligimus res dictae domus
 quantum nostras. »

In his litteris legunt antiquos Patres Principum auxilium et favorem implorasse
 contra adversarios.

Deinde in manuscriptum recenset benefactores jam supra in principio memoratos scilicet:

Nantelmus et Guillelmus pater ejus laudantibus etc. — sed post haec verba « et multis
 aliis additur: « Et eadem domus donavit Nantelmo et Guillelmo simul cum uxore et
 filiis eorum 56 libras fortis monetae »

Boso de Appromonte consilio et voluntate etc. ut supra — sed additur: « concilia-
 tores hujus rei de bonis domus habuerunt quodraginta solidos, similiter Richardus de
 Appromonte habuit inde 20 solidos, et Gasterinus 15 solidos. Guiffredus de Atilen habuit
 vaccam unam de Joveris^{in?} »

Chabertus de Barras donavit etc. ut supra —

Portius de Conflans terram quamdam quam erit in territorio Montis qui dicitur
 Morbiez a quibusdam militibus Guillelmo Magnino et Nantelmo patre suo et Adelone
 de Egleres et a patribus suis solo intuitu pietatis et caritatis donavit et concessit
 Ecclesiae S^{ae} Mariae de Aillone in perpetuum, hoc factum est etc. ut supra —

Hanc eandem terram donavit Henricus videm Cantuarie, omissa omni requisi-
 -one Guillelmo Magnino et Nantelmo patre ejus.

Christianus Dominus S. Joannes B^{ta} de Valence Dominus de Gussy senator
 Cambesiacensis benefactor hujus domus obiit habens tricenis annos unguis per
 provinciam Cantuarie ex Ch. Capituli gen. anni 1643. (Hactenus de Goutoule in libro
 provinciae Cantuarie)

Catalogus

Priorum Domus Allionis.

D. Guigo Prior 1^{us}

11 Procerat sub initium fundationis (circa 1178) et videtur esse supra in litteris Bosonis de Aponmonte et Pontii de Conflans, videturque esse idem qui ex Prioratu de Ajoversi ad hanc novam fundationem, et ab illius annis assumptus, post aliquod tempus regimen de Ajoversi repetit, unde ad Episcopatum Augustensem evectus est. Hic Guigo procerat anno 1178 et constat ex quodam donatione facta eodem anno a monachis Gigniacensibus. » ita cat.

D. Amblardus Prior 2^{us}

11 Huius fit mentio supra ubi agitur inter benefactores de Chaberto, de Bannay et Pontii de Conflans cujus donatio facta est in praesentia Guignis Episcopi Augustensis qui dictam Ecclesiam regerebat circa annum 1185. Amblardus procerat Domus Allionis circa annum 1185, postea fuit Prior Reparatorum. Tandem procerat Allioni anno 1188 et tunc Bernardus erat procurator et Hugo sacrista. » ita cat.

D. Bernardus Prior 3^{us}

11 Olim procurator regimen tenuit ab anno 1189 in maius, quo aliqua bona emittit ab Aymone de Aponmonte, praesente Thoma venerabili Maurianensi Comite et Henrico de archione, et recipiente de iuribus ejusdem Comitis notario, testibus Guilfredo de Conflans, magistro Alberto castro de Comite Thome et medico. Adhuc procerat anno 1195, et ex quodam instrumento dato anno 1225 patet, in quo plures testes interrogati qui erant Prior Allionis ante annos triginta, responderent quod D. Bernardus procerat. Idem dixerunt Hugo procurator ejusdem Domus, Amblardus et Johannes de Castellane monachi. Eodem anno 1295 haec domus concordiam inierat cum Arselmo Priore de Porta in valle de Allionans, confirmavit et Henricus Episcopus gratianopolitano et de artino Abbate et Andree Viennensis, ^{qui} Victor dicta domus de Porta subjecta fuisse. » ita cat.

D. Bonus Homo Prior 4^{us}

« La Piere Cisterciensis Colobrensis factus est Catusiensis in domo Vernoe, unde ad regimen Allionis
assumptus proerat anno 1202, quo piscationem obtinuit in lacu dolo lulli, j us confirmantibus
Thoma comite Maurianensi et Montelmo Gebennensi his copo, presentibus Bonhomine Piere,
Chaberto sacrista, Ugo, Aymone, Montelmo, Johanne, Andrea procuratore, Ubrardo et Falcone
monachis: Chaberto et Rotagno conversis et aliis, eodem anno 12 calendis octobris Montelmo
« Dei gratia Gebennensis sedesie minister humilis precibus fratrum nostrorum Allionis (sunt verba ind-
-tumentis) tum propter eos tum propter ordinem ipsorum nobis semper charissimum, demeritis annu-
-entes, Bonhomini Piori ejusdem loci donamus etc... Et propterea locum ipsorum, ipsos et sua sub
protectione ^h Petri et nostra suscipimus. Factum in claustris ejusdem domus, presentibus Hugone,
Chaberto, Aymone, Montelmo, Johanne, Ubrardo et Falcone monachis etc... » Anno sequenti
Johannes his copus gratianopolitanus quasdam dedit litteras quibus notum facio, inquit, quod in
religiosa domo ordinis Catusiense nomine Allio inuisurus fratres ibidem in Dei servicio honesta com-
-morantes deservi, sine religione loci commotus, venerabili Bonhomini Piori et fratribus humiliter
supplicat ^{avi} ~~est~~ ^{est} ~~est~~, ut quicquid pro professo fecerunt, pro me in obitu meo et post annuationem similiter
facerent, qui petitionari annuenter concesserunt quod universis annis, mecum semper ibidem facerent.
Ad hac caritate illorum, considerata dedi etc... Et ut dicta donatio firma teneatur presentem car-
-tulam sigilli mei autentico ac ^h Vincentii procuratoris feci etc... Hugo Decanus et capitulum
canonicorum laudaverunt. Factum anno ab incarnatione 1203. (facta 6, indictione 7). »

Anno 1205 Indictione 8, Rotandus et Guifredus filii Willhelmi Magni militis de ^h
Johanne de Porta adhuc domicelli concordant cum domo Allionis, data fide in manu Bonhomini
Pioris. Sigillum appositum est ven. Johannis his copis gratian, presentibus Ugone de Chignis, Bern-
-ardus de Crapibus, Chaberto de Aspremont, Aymone de Moosteris, Johanne de Castellaris, Andrea
de la Magni, Ubrardo de Castellaris et que Falcone de Grevenna, omnibus ejusdem domus monachis,
conversis vero Rotagno de Montarchier, Aymone de la Mauriana, Benedicto de Cartosa, Petri
Guis et Andrea de Hysa benedicta. Actum in claustris ejusdem domus quod respicit ad Aguilong,
Postea ab obitus in eadem domo remansit ad annum 1208, quo in Piere, Vernensens, electus est.
De eo iterum supra. » ita catal.

D. Chabertus Prior

5^{us}

« An idem qui erat sacrista anno 1202 et qui in litteris concordie supra citatis anni 1205

84
cognominatur de Apremont, non plane constat. Nam quidam, Chabertus ab anno 1180 ad an.
1198 profuit domibus Vallis Fisi et Durbonis, qui postea etiam profuit Altoni, nisi fors an sit idem,
qui postquam absolutione a domo Durbonis ad domum Altonis se receperit. Et ut sit Chabertus
Prior Aillonis anno 1207, 12 calendis Martii concordat cum domini de Podirosso secundum
arbitrium Prioris Vallis S^{ti} Hugonis et Bonihominis monachi Altonis, presente Comite Thoma et
Maurilio ejusdem Comitis notario qui litteras scripsit. Eodem quoque anno Indictione X, 16 Martii
quandam donationem Chabertus Prior accepit. Anno 1214 Chabertus erat simplex monachus, et
anno 1217 officium gerens sacristae.

Anno 1206, 6 calendis Julii Domino Thoma Comitatum Maurionensem tenente, vacante
Imperio, Petrus filius eius, Petri Delouet camerarius Domini Comitis Maurionensis concecit pro
anim a domini sui olim Comitis Humberti quicquid juris et consuetudinis habebat pro sigillo in curia
Domini Comitis. Actum apud Aquam bellam, festibus Thoma Comite Maurion. Amedeo de Saig,
Rodulpho de Loiriz, Guirard^{us} de Aquabella, et Adelmo notarius interfuit.

Anno 1207 octavo die exeunte Septembris, Bonigus Prior Arbinus concordat cum domo Aillonis
in manua Falconis monachi.

Anno 1208, Indictione XI, 7 calendis Aprilis, Guillelmus de Podirosso et Humbertus nepos ejus
transigent cum domo Aillonis presente S^{ti} Petro Priore venerabili in Valle S^{ti} Hugonis auctoritate
Custodensis ordinis et profeator domus conventus voluntate cum ordinatis in eodem cenobio mo-
nachis Bernardo procuratore, Hugone sacrista, Mantelano et fratre Humberto et fratre Petro
Gains^{us} conversis. Actum per manus Alberti Decani Anassiacensis, sicut et al.

D. Falco (de Corvenna) Prior 6^{us}

« Videtur esse idem qui in litteris datis anno 1205, de quibus supra, cognominatur de Corvenna.
Anno vero 1214, Indictione 2, 3^o nonas Martii Falco Prior quaedam bona domini data recepit,
presentibus Hug^o sacrista, Bernardo, Chaberto, Pandelmo, Johanne, Andrea, Martino, Guil-
telmo procuratore, Petro, Jacobo et Stephano de Compostea monachis, et Humberto cognatis.
Postea Falco a Priorate depositus procuratorem agel ab anno 1217.

D. Hugo Prior 7^{us}

« Idem fors an monachus, qui cognominatur de Chignis in litteris anno 1205 scriptis. Et
sacrista fit Prior hujus domus circa annum 1215, quo 17 calendis Julii de lite et controversia

que vertebatur inter fratres de Aillon et illos de Compostia tandem per arbitros partes com-
promis erunt, presentibus Hugone thore, Jacobo procuratore, et quibus fratribus conversis Chaberto
Bernardo, Benedicto et Petro de Cabanis. Non diu profuit Hugo, quem invenimus simplicem
monachum anno 1217 in claustris Degisse. » ita et al.

D. Joannes Prior 8^{us}

« Invenit in a. annis, 1216. nominatur enim in litteris Thomae Comitis Sabaudie
superius excipit sine die et anno, quos Guicheno putat datas anno 1216, quod in eis
fiat mentio illius promotionis contra Albigenses, ad quam invitatus fuerat eodem anno a Ludovico
Francie filio. » ita et al.

D. Bonus homo Prior 9^{us}

« Anno 1217 Calendis novembri Boson filius Willhelmi D'Aiglores quosdam redditus cedidit
domini d'Aillon, et dicta domus Bosoni quosdam pecunias largitur ad succurrendam illius
necessitatis inopia. Hoc autem pactum, Boson coram curia et sanctis reliquis ejusdem ecclesie
super excolatione altare jurando confirmat sub presentia tam seniorum, quam fratrum
laicorum, scilicet, Bonihominis Prioris, Hugonis, Chaberti sacristae, Dimonis, Masteloni,
Johannis, Andreae, Bernardi, Falconis procuratoris: fratrum vero laicorum Johannis Ruffi,
Johannis et Restagni coquinariorum, Petri de Coe, Agmonis tutoris, Bernardi de Caranis,
Petrus Guipredo marescales Domini Comitis, Petrus Secretista de Cambriaco, apposito sigillo
Thomae Comitis Mauriani, pro fidei defensore et conservatore et pignore pacis in bonafide,
» ita et al.

D. Willhelmus de Mauriana Prior 10^{us}

« Quondam procurator tandem proficitur, et anno 1220, 8 calendis Julii transigit cum
Guillielmo Magnini, presentibus Petro procuratore et Antelmo monacho. Anno 1222 8 idus
martii, Anselmus de Mediolano (Medans) contrahit cum Willhelmo de Mauriano Priore, Hu-
gone procuratore, Antelmo, Johanne de Castellaris, Willhelmo, Reperis, Jordano sacrista,
Johanne de Villar Valmar omnibus monachis, Petro de Eltona novitio, Fratre Chaberto
converso. Anno 1224 Petrus Wulphillis suo testamento dat 25 solidos Willhelmo Priore.
Ejus etiam nomen reperitur in documentis domus Angionis ad eundem annum, 1226
21 Julii, » ita et al.

D. Johannes Prior

11^{us}

« Anno 1237, 8 cal. maii Berlio de chandicus confirmat quae pactum fuit cum domo
 Aillonis fecerat, testibus Guigone Priore de Sylva, Johanne Priore de Aillone, Fratre Willhel-
 mo de Sylva, Fr. Benedicto et Petro de Aillone, Thoma comite Sabaudie redditorum huius
 pactionis. Eodem anno 4 nonas septembris Joannes Prior transigit cum Willhelmo de
 Todisgroso Canonico de Miserie pro quadam decima quam Hugo de Corvanna
 bone memorie Decanus Anassiaci adquisierat de consensu A. Subannensis Episcopi. Guigo
 Prioris nomen reperitur anno 1231, 2 idus iunii cum monachis Elgore, Montelmo, Petro
 socista, Michaele, Willhelmo magistro sapientie procuratore, Guigone et Jacobo: conversis
 Alberto, Benedicto et Petro de Chou. — Item anno 1232 idibus Decembris. — Anno 1233
 6 idibus februarii cum Michaele procuratore, et 14 cal. Decembris, Frederico Imperatore,
 Amadeo Comite Maurian, et in Italia Marchione, Geroldus Bergensis de Agnabella dedit
 Johanni Priori, et litteras scripsit Willhelmus sacre Aule et Domini Comitis Maurianensis
 notarius. Anno 1234, Indictione VII die lune III idus mensis Aprilis Johannes Prior reperitur
 cum Michaele monacho et Ulrico converso, Willhelmo Catalino Notario Palatii et Amadei
 Comitis Maurianensis. Paulo post, et ut verisimile est in comitis Ordinis Johannes absol-
 tus est. » ita cetera,

D. Guigo de S^{to} Georgio Prior

12^{us}

« Anno 1234, 11 nonas septembris Guigo de S^{to} Georgio Prior Aillonis nominatur in qui-
 busdam litteris in quibus tertius nominatur Bonifacius electus Bellicensis Episcopus cum Petro
 de Chou et Humberto conversis. Et nonis Decembris Guigo de S^{to} Guert cum Michaele proce-
 ratore reperitur in aliis litteris, et in diebus datis annis 1235, 1236 in novembri, et anno
 1237 concordat cum Alberto milite de Morerio. » ita cetera.

D. Falco Prior

13^{us}

« An ille qui proerat anno 1214 non constat. Jam proerat anno 1237 in septembri.
 Eius nomen habetur in litteris conventionis factae cum hac domo et Elizabetha uxore Pontii
 militis de Albiniaco anno 1237, die mercurii 15 idus Decembris. Anno 1238 concordat
 cum Guillelmo de Montemeliens marescallo Comitis Maurian. Item anno 1238 litteras
 testimoniales obtinuit ab S. Viennensi Archiepiscopo. Adhuc proerat anno 1239 in Aprilis

et novembri cum Michaelle procuratore. » ita et al.

D. Michael Prior

14^{uo}

« Iam erat Prior anno 1241, 3 nonas maii, et nomen eius in documentis domus
 sopissime reperitur ab eodem anno ad annum 1255. Anno vero 1242 in februario emit
 quaedam memora, et in litteris emptionis nominantur J. Viennensis Archiepiscopus, A. illustris
 Comes Sabaudie et Philippus de Sabaudia frater comitis electus Valentiniensis. — Anno 1243
 in septembri quodam egit presente Aymone fratre Domini Episcopi Herefordensis. — Anno 1245
 Bernardus Abbas S^{ti} Andreæ Viennensis et Thobertus Prior de la Porta in Valle de d'Alpans
 quodam, vindunt eidem Michaeli Priori. Ad eius petitionem, capitulum generale anni 1247
 delegavit J. et B. Priores Vallis S^{ti} Hugonis et Pomerii ad terminos distinguendos. Et 6 calendis
 februaris eodem anno litteras exemptionis ab omni pedagio obtinuerat a Th. principe Lugdunensis
 Ecclesie electo et procuratore Ecclesie Valentiniensis; et mense Augusto emit ab A. domus
 Biturinis Abbatis a quodam bona. Anno 1248, 12 cal. martii quodam bona accepit a
 Girardo de Barbaraz, presente Tocerando Priore Vallis S^{ti} Hugonis. Anno 1250 Capitulum
 generale trium domorum, Luvignini et Altonis visitationem per instantiam, commisit domorum, Portae
 Avenise, Majoravi et Vallis S^{ti} Martini vice Silignaci. Et eodem anno XIII cal. julii sententiam
 obtinuit in migratione a Peto Lombardi, iudice Amedei comitis Sabaudie et Marchionis
 in Italia contra Bartholomeum de Rueto. Adhuc proerat anno 1255, 6 nonas februaris
 cum Willelmo corerio et 18 calendis januarii cum Lamberto corerio. » ita et al.

D. Robertus Prior.

15^{uo}

« Anno 1259, 8 idus maii Soppredus de Palude quodam dedit Roberto Priori de Alhione
 in presentia Petri Prioris Ripausatorii. » ita et al.

D. Guigo Prior

16^{uo}

« D. Guigo erat Prior annis 1260, 1261, 1263 et 1266 in maio, quo fuit festus
 iugaddan, donationis cum B. Priore Pomerii. » ita et al.

D. Humbertus Prior.

17^o

« Adfuit Comitibus generalibus anno 1269, ut legitur in cartulario majoris Cantuarie. » ita et al.

D. Guillelmus Prior

18^m

« Inter diffinitores Capituli generalis anni 1273 annumeratus fuit. Adhuc procerat anno 1289 quo per l. missus fuit cum Guidone Priore majoravi ad assignandos terminos D. Pusteranum, quos Capitulum 1290 confirmavit. » ita et al.

D.

Prior

19

« Hic Prior per ch. 1296 mandatum ut stet iudicio Dni Giodi de Ornay de Billia quam Prior Pusteranum, Sebennensium, petit. » ita et al.

D. Stephanus Prior

« Anno 1296 per ch. Capitulum generale dispensat cum Stephano monacho Allionis quod hac vice possit eligi et profici in Priorem. Illum vero eodem anno electus fuerit hujus vel alterius Domus non reperiri. » ita et al.

D. Rodolphus Prior

20

« D. Rodulfus procerat anno 1305. Et reperitur in quodam instrumento majoris Cantusiae. Anno 1309 per ch. ordinatur ut Prior Allionis in loco S. Stephani de Gers qui est in domo Arverne possit recipere alium monachum in loco dicti S. Stephani. Hic Stephanus videtur esse idem de quo supra. Anno 1311, Indictione 9. priorem monas in artu Rodulfus de Chignino monachus Allionis adfuit in majori cantusia recognitioni factae per Joannem Guillelmi. » ita et al.

D. Humbertus de Bona Valle Prior

21

« Inter diffinitores Capituli generalis anno 1312, et nominatur in quodam decreto ejusdem anni confirmante quendam concordiam inter Priores majoris Cantusiae et Celestini, quod habetur in veteri libro mss^o Statutorum antiquorum, in domo Corverie. Postea alibi proficiat, tandemque ad hanc suam professionis domum rediens, ibidem solitarius obiit anno 1323, 5 idus Augusti et habuit plenum marachatum ex ch. 1324. » ita et al.

D. Rodolphus Prior.

22

« Anno 1313 hic instituitur visitator domorum Provinciae et Cataloniae, ibidem moritur, ut colligitur ex ch. 1314 in qua ejus obitus signatur his verbis: D. Rodulfus quondam Prior

37
Allionis in remotis partibus riam universae carnis ingresso tanquam de ordine bene merito
concedimus licentiam, per test. ordinem, et infra de eodem: et quæstio breviam quod habebat
D. R. quondam Prior Allionis committitur audienda Priori ^{Sto} Lucis et D. Simoni monacho
Cartusie qui nobis referant veritatem.

D. Raymundus de Chivione erat carcerarius D. Allionis anno 1316, et non est reverendus
ex veteri cartulario majoris cartusie, tom. 2. fol. 97. - D. Guillelmus de Ravonia monachus Allionis
erat in domo cartusie anno 1322, 26 maii, fol. 122. et ita catalog.

D. Petrus Prior.

23

et D. Petrus Prior Allionis cum quibusdam aliis nominatur a R.^o Petro clero Priore majoris
Cartusie ad componendam querendam discordiam inter domum Cartusie et Guillelmum, Petrum et
Johannem Arthoudi. Lettere d'atoc sunt anno 1334, 10 die octobris, ex veteri cartulario domus
Cartusie, tom. 3. fol. 183. et ita catalog.

D. Johannes Renodi

24

Et quædam transactione anni 1337, die 7 martii, inter Priorem ^{Sto} Hugonis et
Puguetam de Ravonia, priorem emittitur tanquam consiliarii D. Johannes Renodi Prior
Allionis, D. Petrus de Fago, Prior Pomerii et Johannes Griselli vicarius Melani.
(vide Le chartre de St. Hugon par M. Burnier no 36 page 462) Hic non est in catalogo -

D. Ro. Prior

25

Anno 1341 Jacobus Prior Cartusie, Petrus Vallis s. Maurice, Ro. Allionis et Jacobus
Pomerii Priores cum toto conventu Cartusie celebrantes capitulum privatum, Johanni
Priori Portarmy concesserunt licentiam eundem vel mittendi ad Romanam curiam pro decimis
quarundam terrarum marum impetendis. Quod capitulum privatum celebratum fuit sexto
calendas februarii, ex veteri cartulario majoris cartusie tom. 3. fol. 219. et ita catalog.

D. Prior -

26

et Obiit vel absolutus est per ch. 1346 ut ex successo colligitur, et ita catalog.

« Per ch. 1346 confirmatores electionis Domus Albonis nominantur Priores Lyeti et Fortus B^{ti} Marice. »

D. Vionimus de Augusta Prior.

« Monachus Cartusiae erat Prior anno 1382 ex 2^o Cantuario Cartusiae, sed jam videtur profuisse ante annum, 1376, quo anno Prior hujus Domus erat visitator Burgundiae et Franciae. Anno quoque 1380 Burgundiam visitavit, sicut et anno 1386 quo etiam anno erat diffinitor. Anno vero 1383 missus fuit ad novam Domum, Petri castri nomine Ordinis recipiendum, et anno 1384 institutus fuit ejusdem, primus Rector, remanens Prior Albonis quam ad huc regerat anno 1385, ut probatur ex 1^o Cantuario Cartusiae, immo videtur Prioratum non dimisit nisi post annum, 1387. » ita et al.

D. Joannes de Sala Prior

« In Prioratu hujus Domus ad regnum Joannes Mellionis assumitur per ch. 1393, et postea v. adh. 1^o Hugonis. » ita et al.

1393 -

D. Vionimus de Augusta Prior.

« Iterum huc Domui et loci provinciae proficiscens per ch. 1393, a prioratu Luigniaci propterea absolutus, Deinde haud multo post obiit die Dominicae et civitatis et per ch. 1394 plerumque habuit monach. per tot. Ord. propter labores quos perculit Ordinem visitando, unde etiam infirmitatem, de qua mortuus est, dicitur recepisse. » ita et al.

1394 - 1406. -

D. Philippus de Chigano

1^o profu^{it} 2^o ultimo Cartusiae, obiit 16 nov. 1412 prior Ropansatorii. -

« In Rectore fit Prior per ch. 1407. Et anno sequenti per ch. (1408) ad eam instantiam, absolutus ab hac Domus, domini Vallis S^{te} Thome proficiatur, et anno non dum, transacto deponitur in domo diligenti hospitabatur ex ch. 1409. Fuit postea Rector Lanuce, Prior Turbonis et Vicarius monialium, Berandi, » ita et al.

D. Guillelmus Bernardi Prior.

33

« Proficiatur per ch. 1408, tunc Prior Vallis S^{te} Thome et visitator provincie, et per ch. 1409 transportatur ad reginam domus Fortus B. Marice et Aquitanice, » ita et al.

D. Joannes Pererii Prior.

34

« Profusus hujus domus olim hospes in domo Molari deinde Pomerii, unde ad hanc redierat, sed per ch. 1408 decernitur « ut quia recessit illi centatus a domo Pomerii sit novitius per medium annum, et careat voce et colloquio per idem tempus, et Prior Albionis restituat domini Molari pecuniam quam ipse Joannes Pererii secum a domo Molari de collatis sibi abbas mosynis asportavit » . Et nihilominus quia erat vir solers necdum plane mens ejus avaritiae dedita capitulo generali innotesceret, per ch. 1409 Prior hujus domus declaratur quod antum vero tempore profuerit, non habet unum. Etiam et prius ejus nos quoque latere, quoniam cum Capitulum generale propalaverit ad aliorum terrarum, hic quoque subjicere non verborum, ex chartis Capituli generalis tum ex verbis nostri Bohicci, qui ejus historiam, his verbis refert ad annum 1424. (Postquam absolutionem a Prioratu nostrum ad domum Molari recepit, ubi tandem miser decessit).

Horrendum plane est quod sequitur, et habetur in charta anni 1424, his verbis:

Priorate D. Molari non fit misericordia, vicaris ejusdem D. non fit misericordia. Et quia D. Joannes Pererii monachus ibidem quandam pecuniam summam, videlicet quinquaginta florenos et ultra, mutando et eam expendendo absque sui presidentis scitu et licentia, defunctus est, et ibidem in cimiterio sepultus, ordinamus, ut visis presentibus, protinus extumulatur, et tanquam proprietarius extra cimiterium, et extra loca sua alium sepeliat; ipsi quoque tricenarius et omni beneficiis ordinis, quod habuit, prius annus, nec pro ipso ab aliquo creton, sicut in jure continetur. » Hoc idem.

Item sanctum habes in charta anni 1434, circa fratrem Antonium conversum domus Celi prope Paris. In charta quoque anni 1493 circa D. Guillelmum de Monte regali monachum

45
professum, domus Ferrariae. Ita enim cautum erat statutis antiquis (2 hab. cap. 31 §. 9.) his verbis:
Defuncti in furto vel proprietate tam duodecim, denariorum, quam infra, in coemeteriis non sepeliantur
et ubi sepulti erant, ut a ceteris criminis furti et proprietatis cautus evitetur. Haec
quidem spectant ad funeris cadaveris pompam, sequentia vero ad animae statum, cum in
tertia Statutorum compilatione (cap. 2. §. 33.) dicitur: Pro Defunctis in proprietate ad nullum beneficium
officium, postquam, communi crimine fuerit detectum, eadem habentur in prima parte novae
collectionis (cap. 34 §. 22. et cap. 43 §. 22.) seu Ordinis an. Ordinis cartusien. Cur vero istud ita sit
ab Ordine nostro statutum, veterum exempla nos docent et observatio inveterata quae ^{sic} tumendo
statum fecit: eamque consuetudo corroboravit, quae sine dubio De traditione manavit, et certe
quod pertinet ad exempla, satis exemplorum, nobis alienae cladis probare possunt: nec utinam
quaeramus quomodo ceteris exemplo simus. Quid tamen suo gestum sit tempore, S. Hieronymus
ita narrat, quod ad terrorem praesentium referre non gravabor. (Hieron. Epist. 22 ad Rusticum, de
autodia Virginitatis) Quid ante non plures annos tibi se gestum sit, referemus. Quidam ex fratibus
parvior magis quam avarior, et nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos
quos linea texendo acquisierat, moriens dereliquit, huius est inter monachos consilium (nam
in eodem loco circiter quinque milia divisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alii
pauperibus distibutos esse dicebant: alii dandos Ecclesiae, nonnulli parentibus remittendos.
Macarius vero et Pambro et Didorus, et ceteri, quos patres vocant, sancto in eis loquente
Spiritu, decernerent infodendos esse cum eodem, dicentes, pecunia tua tecum sit in perditionem
(non enim licet nobis servis Dei eam (pecuniam) collocare, vel ponere in victu vel vestitu, vel
in opere monasterii, quia pretium damnationis est. (1. August. serm. 5 ad fratres in eremo). Nec hoc crude-
liter quisquam putet factum: tantus enim unctus per totam Aegyptum, terror invasit, ut
unum solidum dimidisse, sit criminis, haec ^{stus} Hieronymus. Eadem plane de Januarii
monacho S. Augustinus, et deusto auge monacho Gregorius Papa scribunt: qui posterior se
specisse aperit ut exemplum visentibus relinqueret (Greg. lib. 4. dial. cap. 55). Privati namque
Dominii reus monachus, sacra excommunicatione et plectitur vivus, et mortuus Christiano pueli
honore mulietur in Laterana Synodo peracta anno 1215, cuius est sequens decretum:
« Monachus qui pecuniam habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione
permissum, a communione removeatur ab aris: et qui in extremis inventus fuerit amplexibus
et digne non poenituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres occidatur sepulturam: quod deinceps
de universis religiosis praecipimus observari. » Si pro eo jam sepulto, peccatum ipsius

in apertum veniet. sequendum in hoc Decretum Clementis III Papae, quod tale est. (cop. super
quodam extra de stat. monach.) : Inquisitioni tuae respondemus quod ille canonicus (regularis) non tan-
-tum fuit christiana sepultura privandus, verumetiam si sine maximo scandalo potuit fieri, de
- ipsa projici dignus est ecclesia. Hoc autem, cum forte contigerit, in similibus est agendum. Hec
- Deinde cadaveribus excommunicatorum, quales sunt proprietarii (ut infra dicitur) faciendum quod
- prescripsit Innocentius III Papa: « cimiteria, inquit, in quibus excommunicatorum corpora
- sepeliri contingit, reconcilianda sunt aspersione aquae solemniter benedictae, sicut in dedica-
- tionibus ecclesiarum fieri consuevit. Ubi glossa. sicut ergo ecclesia reconciliatur, ita et
- cimiterium, cum sit consecratum, et illa corpora, si discerni poterant, sunt exhumanda, et
- extra cimiterium jicienda; eadem enim gaudent ecclesia et cimiterium, et ita idem juris
- est in accessorio quod in principali. In ordinario quoque ordinis nostri (cop. 34 § 22) eadem hab-
- -entur et additur si nec antequam reconciliatum fuerit, debet aliquis in eo sepeliri. Provisendum
- autem, ut cimiterii reconciliatio fiat per Priorem, aut alium nostri ordinis sacerdotem de licen-
- -tia Episcopi copii, vel impetrata super hoc Summi Pontificis facultate: ne res occultae amplius
- et secundum se sequatur. Hactenus de proprietariorum visibilibus poenis; quomodo vero et
- quibus ex causis in proprietatis crimine incidant cartusiani pluribus docet Maranus (hom. 1.
- consil. 2^o edit. tit. de stat. monach. consil. 3) ^{proponit} praedictum in angustias hic edigenda, sed fructuose in ipso
- auctoris cogenda opere. Aliqua etiam circa praesentem materiam scripsit Joannes Gerson 2^a par.
- operum, alphab. 34 littera 3. At amicus Immanuel Rederic tomo 3^o regul. § 29. a. 10. conclusione
- 8. hanc Gersonis doctrinam reprobat: ibique multa circa hanc materiam disserit; sed consulatur.

Postremo ad vestant regulares propter sanctam observantiam, veli paupertatis, id quod Card-
- -inalis Zabarella (in consil. 17 n. 5) asserit, nempe religiosum non habere dominium, praemiorum
- quos in dorso defert, ita ut dicere nequeat, haec vestis est mea. Ita S. Chrysostomus de monachis
- et monasteriis loquens (homil. 14 in priorem ad dimoth.) : « Et non ibi conspicis ea quae domi, mundus est
- locus ille, alta ibi requies, atque silentium est. Ubeum et tumentum inde procerus elin in atum
- est, et alibi (in orat. de 5^{to} Philogonio) : « Ubi non est meum et tuum frigidum illud verbum. »
- His sunt conformia quae habentur in nostris statutis, non ibi dicitur (2 part. nova coll. c. 18. § 11).
- Professione facta, qui susceptus est ita se ab omnibus quae mundi sunt intelligat alienum,
- ut nullius prope rei, nec nisi quidem ipsius sine Prioris licentia habeat potestatem. Porro
- ad perfectionem exheredationem vitii proprietatis statuto inextinguibili (idem cop. 19 § 10) ordi-
- -natum est, ut quicumque subditus monachus vel conversus crimen furti vel alienationis

commisit, et proprietarius fuerit, ultra valorem trium paravorum solidorum luronensium
 et illud suo froni super annuam, aut saltem temporibus constitutis confiteri sacramentaliter,
 et revelare extra confessionem scienter neglexerit, hoc est prorens usque ad diem coenae
 inclusivae, et absens usque ad octavam diem reversionis in domum suam, post predictam
 terminam, similiter inclusive, ipso facto, hoc est, elapsis dictis terminis, ex communicationis
 sententia sit ligatus etc. . . . Ipsa vero sententiam (id idem § 11) latam a capitulo generali
 et prorens statutum annis singulis in dominica Palmorum, Priores, vel ipsi absentibus,
 Vicarii, omnibus professis tam clericis quam laicis nostri Ordinis in unum congregatis pu-
 blice in capitulo monachorum Decretum et promulgant presentibus universis: et (ut
 infra additur) excommunicatos denuntiant omnes tam monachos quam conversos qui occultandi,
 animo vel celandi, ultra valorem trium solidorum predictorum retineant, non averint, accom-
 -modaverint, vel ^{publ} quomodo alienaverint. Iohannes certe unitatis in ordine Cartusensi meminit
 Choppinus (lib. 1. monast. tit. 3. no. 20), haecque nobis cum ceteris religionis ordinibus communi esse
 pluribus id idem docet. Opportunam autem nobis videtur his annexere, quae habet Dordanus (lib.
 c. 38) de quibusdam reprobis nostri Ordinis monachis et proprietariis. Sic vero proferatur: De probris
 a reprobis nostri Ordinis loquatur, oramus te lector, ne propter malos quosdam de bonis scandalum
 sumas, et crimine ab uno dicere omnes velis, sciens quod in schola omnium virtutum sub ma-
 -gisterio Iesu Christi, Iudas omnium pessimos, fur, proditor ac parricida reprobissimus: De quo genere
 Dominus discipulis loquebatur: « et ecce, ait, duodecim vos elegi, et unus ex vobis diabolus est. »
 Intellige parabolam zigaronum, quomodo pius agricola bonum in agro suo semen jactaret, quod
 clam inimicus homo cum vitissit, cum ipso tritico simul et zigania surrexerunt: quae tamen
 jussa sunt ante metum, segetem non exsiccari; post vero, dum triticum in horrea receditur,
 ipsa zigania mista paleis ignibus comburantur, Intellige etiam agerem Ecclesiae ex omni
 genere piscium congregatum: qui tamen pisces multi boni cum reprobis, non ante ab invicem separ-
 -antur, quam ad littus iudicii agenda traducta sit: ubi a sanctis Angelis boni pisces in vasis salutiferae
 conservationis colliguntur, mali autem foras in profundum maris, hoc est, in aridissimae damnationis
 projiciuntur. Semper namque in omni congregatione bonos cum malis, triticum cum paleis reperies,
 Per malos nempe boni dum vexantur et probantur, proficiunt; probati autem, et purgati, ac in
 quadam quasi tribulationum mola a sua superbia comminuti, in panis coelestis transiunt unitatem
 et levem, palea igni comburantur inextinguibili, non scandalizant igitur fratres reprobi, sed informant
 et Deo subdere cum timore, fugiens ad clamorem percutientem, fugiens a tabernaculis hominum impiorum

et salvare, ut hostatur Apostolus, a generatione ista peccata et peccatrice.

Quid igitur mirum, (ait Theodorus Italicus in notis ad Dorl. c. 38. h. 7) si etiam in famula hac Cartusienorum, totum familia nonnunquam homines reperiantur minus religiose viuentes, atque a prisonis pietatis fovea resiliantes? Imo de hoc olim, quidam, haec a lusit versiculos:

Proditus est tali genio Cartusius Ordo,
Ut ito peccatos homines eliminat a se,
Invitosque diu nulla ratione reseruit,
Olla bona est humis quae se vacuaverit ultro.

Igitur Dorlandus de quibusdam proprietariis ex ordine nostro narrationem, contextens, agit primo de proprietario quodam, qui pecunias sibi coacervans, ac resipiscere nolens, seipsum tandem laqueo strangulavit. Hic autem ait (lib. 7. c. 39): Monachus quidam, nostri ordinis unus, post arripit, hoc est, aversitate vitam laboraret, hinc repente proprietatis sociavit. Ardens enim ad nummos, arte qua potuit, plurimos, iuxta se claus, coacervavit: pro eis congerendis, Deum omnipotentem, sperantes, nullum facinor^{um} intentatum reliquit. Quid non mortalia pectora cogis Auri aera fames? Et quia averso monacho nihil est scelestius, pippa qui pro vili luere animam, nam vendens, habet, deserto Deo conditore suo, pecuniam veluti sordens idololatra, Deum sibi constituit, cui votis omnibus Deservit. Verum, iusto tandem Dei iudicio in reprobam, datus tendens, cum sui inanis sceleris pondus ipse ferre non possit, nec tamen per poenitentiam, Deserere vellet, instans scelestissimi huius manus in propriam, aptavit cervicem, et accepto hinc, cum solus in cella degeret, guttur sibi continxit, seseque suffocans, inferiorem omnium, in tartara destinavit. Qui postea a Priore et fratribus factus niger quam, carbis inventus est. Cujus suppellectilem scrutati, nummos congestos invenimus: quos super ipsam, in sterculinio sepulturae traditum projecerunt, dum antea, pecunia tua tecum sit in conditionem.

Legi propterea (subdit idem Dorlandus lib. 7. c. 40) quendam infelicem, in quinque nummis cereis proprietates vitium, pertinaciter coluisse. Hic ad extrema deductus, post factam necio quam confessionem, in qua de his nummis nihil Divi dicerat, ausus est scelestus homo, non impune tamen, sanctam Sacramentum, flagitare. Allata est et ori ejus imposta, quam cum trajicere non possit, integra ab ore retrahita est. Qua educta, repente diabolus eum corripens, miserum quae exagitans, ac crebro blasphemare compellens, cum in genti tormento animam a corpore violenter excussit, quom et secum, haud dubium, ad tartara pertaxit.

Aliud item (ex. 41) exemplum refert idem Dorlandus his verbis: In domo in hac nostra provincia (sileo locum, ne verecundiam illi faciam) in qua conversus quidam, cum rerum domus suae administratorem

potestatur, clam nummos furabatur, aliosum etiam negotiando, pecunias apud se plurimas con-
 gerebat. Hic improbitens infeliciter defunctus est. Prior post mortem, qui res celae ejus discutens,
 aurum reperit et argentum copiosum; unde convocans conventum, cum patris imo et juris vitium
 detexisset, conclusum est ut de loco sacro corpus sacrilegum extraheretur. Aperto vero sepulchro,
 fossam ipsam dicitur erant, et tabulam cui resolutam cadaver imponerent, lateri ejus applicaverunt.
 Mox res, et hactenus inaudita, conctis cernentibus, corpus ipsum sua sponte, nullo forente subsidio,
 altius se extulit, et sese super tabulam collocavit; tanquam diceret: non sum dignus ego sacrilegus
 loco in sacro reponi, et cum vere pauperibus jacere, qui vitio voracitiae sacrilege sui contaminatus.
 Quocirca igitur extractus est, et adini sepultura in prophano loco donatus. etc. . . .

Multa et alia exempla his similia eodem libro refert Durlandus, ad quem, lectorem, remittimus.
 Mox interim, talia poterant proprietarios deterrere, quos simile exitum, manet, nisi abjecto
 anathemate ad humilitatem, confugerit scelerum.

Advertendum tamen est hic obiter non solum proprietariis denegata Ordinis spiritualia beneficia
 immo enim interdum, ab his excludi etiam eos qui in ordine inordinata et scelerate vixerint.
 Unde in Charta anni 1438 sic legitur: *Obit* S. Johannes Mautort ultimo professor Domus Abbatis
 villos habens bicenarium, sed propter suos excessus inordinatos privatur illo beneficio, ut aliis cedat
 in exemplum; et in Charta anni 1556, sic habetur: S. Antonio Chamormi professor Domus Bonae
 (Sui licet propter graves suos excessus et crimina non mereatur) tamen de gratia speciali
 conceditur beneficium Ordinis, *ita et al.*

ad 1416. — D. Petrus Bergerii Prior. 35

« Olim comes Repausatorum Domum Allionis moderatus est usque ad annum, 1416, quo
 per ch. fit Prior Durlonis, deinde Vallis *Sto.*, *Part. Dei*, Repausatorum et Arceveubi: *Obit* ex
 ch. 1439. *ita et al.*

1416 ad 1418. — D. Andreas de Bellavalle Prior 36

« Olim Prior Vallonis tunc vero ibidem, monachus per ch. 1416 Allionis Prior designatus.
 Anno 1417 ejus absolutio visitationibus committitur, quam tamen solam, consuetus est per ch.
 1418 ad suam magnam instantiam, *Obit* solitarius et signatus in Charta anni 1426. *ita et al.*

1418 ad 1431. — D. Michael Goudoneri Prior

37

¶ Ejus institutio legitur in ch. 1418 his verbis: Priori Allionis fitima ad manum magnam instantibus
et proficimus eidem D. Michaelem Goudoneri super absolutum, ab officio Vicariatus D. Bernardi
qui conceditur ut cum consilio Visitatorum possit in ipsa domo aliqua mutare, ordinare et reformare
pro ut sibi et dictis visitatoribus aut comm. alieni videbitur faciendum. Anno vero 1431 super annum
a R^oo Rubeo absolutus ad claustrum domus Portarum, nec professoris de recepit, ubi satis dure per
ch. ejusdem anni exceptus est non tam gravi ex culpa ut ex sequentibus apparet. D. ubi ch. est
super absolutus a domo Allionis, qui ultra n^osi repleta concessa per conventum, domo vacante
aliqua alia conventus in suo seum asportari fecit, comedat ad terram, his in refectorio, et sit in
disciplina generali ordinis per quindecim dies, et ordinatus quod omnia per Priorum castri de sibi
dimissa, et peres Priorum, Portarum deposita portaretur ad domum castri de, ubi: Distribuitur ^{per}
domibus ad quas pertinet, Verum cum non ita reus portea repositus esset, Vicarius Poletensis
institutus est, tunc enim que sollicitudinem repetens idem per decessit in dicta D^o Portarum, et post
obitum beneficium tunc erit per tot. ord. Donatus est per ch. 1439. Fuit et Prior filignae
et Portarum, ita et al.

1431 ad 1443. — D. Petrus Gantvereti Prior

38

¶ Domini Allionis pro nunc vacanti proficimus in Priorum D. Petrum Gantvereti a domo Arverio super
absolutum, qui quantum commode poterit residet cum suo conventu ex ch. 1431, Deinde anno
1436 factus visitator in eodem officio mortuus legitur in ch. 1443. » ~~ita et al.~~

Sub ejus regimine conventus Visitatores ordinarios recusavit leviori ex causa, unde per ch.
1434 tanquam inobediens poenam sequentem luit: « Priori Allionis non fitima, quia non rece-
perunt visitationem paulo ante capitalem, pro hujusmodi inobedientia comedant alterius vicibus
in refectorio vini et vini ad terram, excepto domno Ogerio qui semel dicat septem psalmos cum
lectura; et quia procurator pro ceteris portavit verbum inobedientiae comedat his non obstantibus
in promissis prioris excusationibus ad praesens capitulum transmissis; et ulterius ordinamus quod
in recessu a capitale simul ambo Visitatores ordinarii dictam domum visitent, ita et al.

1443 ad 1444. — D. Alexander Cuigneti Prior

39

¶ Vis in ordine celeberrimus Petrus successit in utroque officio quod anno 1444 dimisit per ch.
translatum ad claustrum vallis bonae, obiit in senectute bona anno 1476 die 18 octobris, obiit

Prior Pontis B. Mariae, Vallis ~~de~~ ^{de} ~~Urbis~~ ^{Urbis} et Vicarius Saleternus et Pratimolis, » ita et d.

1444 D

D. Amicus - Prior

40

« In vicario fit Prior et consistorator per ch. 1444. Anno 1445 Prior hujus domus ad hoc erat consistorator, sed anno 1446 alius idem officium exegit, unde licet conjicere Amicum tunc fuisse absolutum vel alio translatum, » ita et d.

1449 ad 1452. - D. Joannes Martini Prior.

41

« Per ch. 1449 Prior hujus domus (sive Amicus sive alteri) fit nra, et proficitur ibidem S. Joannes Martini procurator S. Arverniae qui videtur profuisse usque ad annum 1452, quo per ch. Prior hujus domus fit nra, obiit Joannes in solitudine domus suae professionis Angionis, cujus et Prior extiterat ex ch. 1458, » ita et d.

1452 ad 1453. - D. Ludovicus Graceti Prior -

42

« A domo Luvigniaci absolutus domus Allionis proficitur per ch. 1452. Et per ch. 1453 absoluitur cum sit necessarius (sub verbis chartae) in provincia Franciae, ad instantiam Prioris Divisionis vicinioris Franciae ad ab eum dicto visitatore, et proficimus eum in Pueron Vallis ^{de} Georgii, » Deinde Divisionis ubi plura de eo, » ita et d.

1453 ad

D. Petrus Tombeti Prior.

43

« In vicario Pomerii fit Prior Allionis per ch. 1453, sed quantum profuerit, non habemus. Obiit in officio vicarii dictae Pomerii die 5 aprilis ex ch. 1479. Anno 1456 Prior hujus domus fuit consistorator, » ita et d.

ad 1459. - D. Amedeus Domenegii Prior -

44

« Sic ab officio Prioris absoluitur in actu visitationis factae anno 1459, in nra, et instituitur Vicarius Decessit ex ch. 1462, » ita et d.

D. Petrus Cussini Prior -

45

« Antea Prior Vallis ^{de} ~~de~~ ^{de}, absolute Amedeo successit a visitationibus institutis circa junium,

in officio moritur anno 1468, adhuc proceat in junio, signatus in ch. 1469; sub cujus regimine
erant cum eo septem monachi, duo conversi, septem Probenarii, 18 famuli, 15 boves ad arandum,
vaccae lactiferae 32, molae unius et duorum annorum 88. Vituli 21, lauriferi magni quatuor
parvi 20, capreae tam magnae quam parvae 58, Capreae 40, ovium tria tricenaria, jumenta
6, pulli 3, mulae ad bestiam 4, et una unius anni, duo equi ad sellam, et unus mulus ad
sellam. Debentur domui 60 floreni, debet domus 40 florenos. Habentur in bursa 42 floreni,
sunt in deposito 312 floreni in clavis centum florenis Hugonis Charneti mutatis, » ita est.

D. Jacobus de Caliris Prior.

46

« Alias de Clissio, professor 1^o Avenionis ex qua factus est Vicarius Domus Verode per ch.
1467, in qua domo emisit aliam professionem, unde videtur assumptus in Priorem post
mortem Petri Cassini, nam constat ex ch. 1495, in qua dicitur obisse die 20 Aprilis, quod ali-
quando profuerit huic domui, nec alius locus ei potest concedi quam post eum in unum, » ita est.

D. Petrus Humberti Prior.

47

« Professor hujus domus, quam etiam rexisse constat ex ch. 1492, in qua dicitur obisse
hospes in domo Lancea die 24 maii et in ea regisse Priorem, sicut et in domo Averisio,
quam bis gubernatus est 1^o annis 1466 et 1467, 2^o 1472 - Unde probatur id etiam trans-
latum ad regimem S. Althonis, nam anno 1476 Prior hujus domus vocabatur Petrus qui in
acta visitationis ante capitulum generale factae absolutus est. Eodem anno ¹⁴⁷⁶ obisset Petrus
Humberti per ch. ex hospite Petri castri missus est ad domum Polidensium, deinde profuerit
domui Lancea, a qua absolutus hospitatus est in domibus Melani, Turbatonis, Repanso
loria, ^{ex ch. 1483-87 et 1488} actondem, rediit ad Lanceam, per ch. 1491 de idem ^{decessit ut superius dicitur} » ita est.

1476 ad 1479. - D. Aymo Curte Prior.

48

« Ex Priore Averisio sine sua professione proficitur in visitatione anni 1476, et triennio
post deponitur anno 1479 per Priores Pomerii et Valonis, huius professor hujus domus, ab
Vicarius obiit die 26 junii ex ch. 1502, » ita est.

1479 ad

D. Michael de Furno Prior.

49

« Professor et procurator Petri castri per visitationes anno 1479 Prior designatus, deinde Vicarius

Monialium, Fratrum illis apud quas mortuus est die 20 septembris an. 1494 ex ch. 1495. » ita est.

ad 1484. — D. Antonius Burlandi Prior 50

« Per aliquod tempus proceat et per ch. 1484 ad regimen Refractorii transfertur deinde Petrice castri ubi obiit, olim Prior Aruionis et Vicarius Melani. » ita est.

1484 ad D. Bonifacius Virgilio Prior 51

« Professus hujus domus cujus Prior nominatus per ch. 1484, quantum vero temporis profecit non reperi. In hoc tempore Calasii anno 1495 et majori, deinde Angionis ubi procuratorem egit, Partis Dei, Vallis P^{toe} cujus et Vicarius fuit. ex ch. 1502. 1505. 1509. 1511 et 1518, tandem a professione emissa in domo Partis Dei, obiit 26 aprilis ex ch. 1530, postquam quinquaginta annos et ultra in Ordine vixisset laudabiliter. » ita est.

D. Theofredus Belloni Prior. 50

« Professus majoris Cartusie in qua procurator decessit die 26 februarii ex ch. 1508 in qua dicitur olim Prior Allionis et Calasii. Cum vero constet ex ch. 1497 quod jam officium procuratoris exerceret in Cartusia, hinc colligitur eum profecisse ante dictum annum 1497, imo et ante 1493, quo tunc proceat domus Calasii. » ita est.

ad 1495. — D. Sebastianus de Gabrielis Prior - 53

« olim Prior Neapolis, Venetiarum, et Petrice castri, unde vocatus ad majorem cartusiam ibi deo secundo professus est, et moraliter anno 1490, ut constat ex cartularis, deinde videtur profecit huc domus et tota provincia circa annum 1492. Anno vero 1493 visitavit Hispaniam (in martio visitavit domum Beatae dei cum Bartholomaeo Priore Portae celi). Anno 1494 cum aliqua dissen- sione fuisset in hac domo sub Sebastianus facta fuit visitatio in septembri, per S. Joannem Ulbricht monachum cartusiae, per quem (ut legitur charta visitationis) pacificata fuit domus. Et in sequenti Capitulo gen^{ti} anni 1495 instituitur Prior de Coris ubi obiit die 6 Decembris ejusdem anni ex ch. 1496. » ita est.

1495 ad 1499. — D. Jacobus Huchen Prior 54

« Alias Germani et Licheti, et quidem, melius. Per ch. 1479 fuit procurator Lanuce, et per

08
ch. 1480 mittitur hospes ad Domum Vallis ^{Sti} Hugonis, deinde ad Domum Vallis ^{Sti} in qua erat
anno 1483 et anno 1486, quo per ch. fit procurator Angionis, sed per ch. 1488 rediit ad Domum
Vallis ^{Sti}, ubi postea electus fuit Prior semper eo cognominatus Comerini, mandato Sebastiani
electio Prioris conventui relicta fuit per ch. 1495. Et tunc videtur electus J. Jacobus Licheti
professus hujus Domus tunc Prior Domus Vallis ^{Sti}, nam eodem anno in Augusto Antonius
Prior Petre castre et Jacobus Prior Allionis visitant Domum Vallis ^{Sti} Hugonis, Profuit
Jacobus Licheti usque ad annum 1499, quo per ch. transfertur ad regimen Pastus Dei. Obiit
hospes Lamece Die 25 octobris anno 1519 ex ch. 1520. » ita catol.

1499 ad 1503. — D. Franciscus Bellipanis Prior 55

« Per ch. 1499 proficitur ex Priore Portarum, et 1502 fit conventus; anno 1503 in
novembri factus est Prior Arvenise in qua domo obiit simplex monachus, olim Prior Lamece
et vicarius Prato molis, » ita catol.

1503 ad 1506. — D. Jacobus Blanchini Prior 56

« Successit Francisco anno 1503 ut probatur ex libro 1 visitationum. Adhuc proceat
anno 1505 quo facta fuit visitatio in aprilis, et cum eo erant sex monachi et unus novi-
tius, unus conversus, tres donati etc. ... Anno 1506 Priori fit cura et procurator remanet.
De eo iterum postea. » ita catol. —

1506 ad 1510. — D. Joannes Borbonii Prior. 57

« Professor et procurator Siliignani, Prior Allionis creatus per ch. 1506, et anno 1510 ad
suam instantiam absolutus per ch. nihilominus itidem proficitur Domus Caleni, Obiit in
domo sue professionis postquam 63 annos laudabiliter vixisset in ordine, Die 20 Decembris
1531 alius vicarius Palestrinis ex ch. 1532. Sub eo fuerunt octo monachi et unus novitius. »

1510 ad 1513. — D. Mammertus Bastardi Prior. 58

« Professor Reperus atomi ex Priore Caleni fit Prior Allionis per ch. 1510, sub eo facta est
visitatio anno 1513 in aprilis, et die 18 Julii sequentis (1513) auctoritate R^{mi} Petri
absoluitur, Anno 1515 per ch. fit procurator Vallis ^{Sti}, ubi etiam Prior existit et Pastus
Dei. obiit ex ch. 1533. » ita catol.

1513 ad 1515. — D. Jacobus Blanchini Prior 59

« Hecam profectus anno 1513 in julio, et anno 1515, circa novemb. mortuus in
Turoata signatus in ch. 1516. » ita et al.

1515 ad 1517. — D. Ludovicus Deifili Prior 60

« In actu visitationis eligitur anno 1515, die 7 Decembris, et per ch. 1517 fit Vicarius
Lanceae ubi procurator decessit die 2 Septembris 1519 ex ch. 1520 prof^{us} hujus domus
alios Prior Apponiaci et Montis Rivi ex ch. 1520. » ita et al.

1517 ad 1519. — D. Petrus Columbeta Prior 61

« Monachus profectus Vallis clusae per ch. 1517 profectus, cui mandatur et precipitur
ut circa restorationem, et reformationem dictae domus invigilet, » et per ch. 1519
transferatur ad regimen Petri Castri. Obiit Prior Vallis clusae professionis et Boni
loci ac Vicarius Salsatorum ex ch. 1524. » ita et al.

1519 ad 1520. — D. Claudius Lormerii Prior 62

« olim Prior Swerise et Repausatorii professionis tunc ibidem simplex monachus
ad hanc regendam, et in ea nutantem, disceptantem, restituendam, mittitur per ch. 1519
his verbis: « Priori Allionis fit mita, et proficimus ibidem D. Claudius Lormerii profectus
Repausatorii cui injungimus ut circa reformationem, ipsius domus diligenter invigilet
super utroque statu, et monachis suis provisat de indumentis necessariis de p^{ro} anno
patricie more ordinis prout statuta volunt. » Dix annos in regimine exegit cum
mors eum et omnem de eo spem conceptam abstulit, die 12 octobris 1520, ex ch. 1521. » ita et al.

1520 ad 1521. — D. Rector 63

« Profectus Vallis St. Hugonis Rector hujus domus designatur anno 1520. Et per ch.
1521 ad manus magnam instantiam, absolutas, vicarius instituitur dictae domus Vallis
St. Hugonis, usque nomen, hactenus nos latet. » ita et al.

1521 ad 1537. — D. Joannes Losa Prior 64

« In vicario Sphae Benedictae fit Prior per ch. 1521, et prospere profectus usque ad obitum

97
qui signatur in ch. 1537 in qua dicitur profusus dictae Domus Syleae, sub ejus regimine
fuerunt sex monachi et plures monachi recepit inter quos fuit unus sacerdos an. 1533, hant
octo cellae. » ita et al.

1537 ad 1540. — D. Franciscus de Quercu Prior. 65

« Profusus hujus Domus successit Logae et jam erat Prior anno 1537 in aprili quo
domus visitatur sub ejus regimine, adhuc proserat anno 1539 in Decembri. Et per ch.
1540 Prior absoluitur et mittitur hospes ad domum, Petre Castre, sed postea rediit factus
procurator usque ad annum, 1550, quo absoluitur et ad domum, Caleni idem officium
acturus mittitur usque ad annum, 1552, quo fit vicarius Vallis Th. Sngonis. In hac
tandem domo obiit solitarius ex ch. 1555. » ita et al.

1540 ad 1541. — D. Humbertus Fornerii Prior 66

« Anno 1533 erat procurator Vallonis, ex procuratore Ratinollis fit Prior Allionis
per ch. 1540. Et per ch. 1541 vicarius Melani. Obiit Prior Vallonis ex ch. 1588
alias Prior Fornerii, Partis Dei, Refusatorii. » ita et al.

1541 ad 1547. — D. Joannes Ricodi Prior. 67

« Profusus Fornerii proficitur per ch. 1541, quem visitatores in actu visitationis
factae anno 1543 in maio invenerunt utilem domui in utroque regimine, licet
non absque ruga, monachos quatuor in quibusdam laudabiles et in aliquibus dignos repre-
hensione, quinque donatos et famulos 16. Alio translatus circa annum, 1547, tandem
obiit Prior Fornerii anno 1566, die 11 octobris ex ch. 1567, olim Prior Partis Dei. » ita et al.

1547 ad D. Prior 68

« Rectorem S. Allionis proficimus in Thoren, ex ch. 1547. Priori Allionis fit cura
et exerceat ibidem officium procuratoris ex ch. 1563. Procurator Allionis absoluitur
ibidem exerceat officium Vicarii ex ch. 1567. Utrum hoc unus, vel plures Priores
fuerint non potui reperire, in quibusdam conjecturis puto Claudium Bollatum,
de quo infra, jam profuisse circa haec tempora. » ita et al.

1563 ad

D. Joannes Machonis Prior. 69

« Professus Cartusia per ch. 1563 proficitur, et ante annum 1571 deponitur, nam eodem anno ex Rectore Cumerioe factus est Prior Pomerii, Tuit et Prior Vallis S^{te} Hugonis Boni loci, Vicarius Melani, Fratimollis et Polobens. » ita et al.

ad 1578. — D. Jacobus Besson Prior. 70

« Vic ex Priore hujus domus per ch. 1578 proficitur monialibus Melani, annis vero 1575 1576 et 1577 Prior hujus domus et al. visitator, qui videtur esse idem, Bessonius, qui anno 1578 visitationis onus dimisit ut attentius et sedulius processet monialibus, sed anno 1579 comisitator nominatus in eodem officio mortuus est ex ch. 1583. » ita et al.

1578 ad 1582. — D. Claudius Bollatus, Prior. 71

« Professus hujus d. procuratorem egit 1^o in domo Partis Dei, unde per ch. 1546 missus est ad domum Vallis S^{te} Weni officium executurus. Anno 1566 ex simplici monacho hujus domus factus est procurator Melani; sed anno 1567 ad hanc rediit, unde per ch. 1568 fit procurator Vallis S^{te} Hugonis et per ch. 1569 Partis Dei: Deinde ibidem Prior usque ad annum 1578, quo per ch. Prior hujus domus designatur, in cujus regi-
-mine moritur signatus in ch. 1582. » ita et al.

1582 ad 1587. — D. Fiaccius Billard Prior. 72

« La Vicario Fratimollis fit Prior hujus domus et comisitator provincia per ch. 1582, et visitator per ch. 1583. Et anno 1587, quo erat diffinitor translatus est ad regimen domus Lyeti, ubi obiit ut ibidem dicemus. Professus Parisiensis. » ita et al.

1587 ad 1588. — D. Joannes Boette Prior. 73

« Professus Fontis B. M^{ae} ex Vicario Melani successit D. Fiaccio per ch. 1587, et paulo post, 1588, restituitur monialibus, sicut hospes Pomerii ayas et Prior exhiberat et Vallis S^{te} Hugonis ex ch. 1601. » ita et al.

ad 1590. — D. Petrus Bernard Prior. 74

« Olim Prior Pomerii hanc domum regerat anno 1590, quo per ch. proficitur Partis Dei,

et postea monialis Melani. obiit ex ch. 1606. » ita cat. »

1590 ad 1594. — D. Livinus Husman Prior. 75

« Procerat anno 1591, 23 maii cum S. Ictio Chabert coneris, quem Priorum per ch. ejusdem anni admonent Patres ut magis ac magis responderet expectationi quam de ipso conceperant. Anno 1594 per ch. Prior hujus D. absolutus tanquam necessarius Domui Cantusiae suae professionis, nec videtur esse alius quam Livinus qui et profuit Dominicis Triburgi et in Prag. obiit ex ch. 1636. » ita cat.

1594 ad 1600. — D. Antonius Desmarest Prior. 76

« Profuit et Vicarius Cantusiae per Prior per ch. 1594, profuit usque ad tempus R^{di} Patris Brunonis d'Affringes, qui eum revocavit ad pristinum vicarium suum, deinde factus Prior Villanova obiit anno 1626, vir sanctus. » ita cat.

D. Matthaeus Sevin Prior. 77

« Profuit Cantusiae per aliquod tempus profuit, sed quando nondum reperi. Profuit Domui Beluae ab anno 1606 ad annum 1611. obiit coadjutor Cantusiae ex ch. 1615. » ita cat.

D. Yvo Mascot. Prior. 78

« Profuit quoque Cantusiae ejus nec tempus prioratus assignare possumus. In simplici monacho institutus fuit Prior Vallisclusae anno 1618 et in eodem officio obiit ex ch. 1620, in qua dicitur quodam Priori Allouis. » ita cat.

D. Paulus Roger Prior. 79

« Patria Pedemontanus vota emisit in Cantusiae anno 1580, 21 sept. et anno 1589 Domum Montis Brachi gubernavit, et Vallem Bonam, 1597. Unde absolutus per ch. 1598 mittitur in Germaniam, unde rediit profuit huic Domui quam adhuc regit et anno 1611, quo inter Auditores^{ss?} computorum Capituli gen. annumeratus est. Anno 1616 Domum Avesiae regit et et annis 1617 et 1618, tandemque morbo aethitis solitudinem repetit in qua hoc signatum decessit. Die 18 maii 1619 signatus in ch. 1620. Vir fuit singularis suavitatis et pietatis » ita cat.

1614. — R. P. D. Alphonsus de Richelieu Prior? 80

« A R^{do} Patre super annum institutus per ch. 1613 confirmatur. Anno 1616 Priori huius domus ad suam instantiam per ch. fit m^{ia}, et instituitur Vicarius Boniloci. Ultram, vero sit Alphonsus non constat. » ita et al. — Fato hoc patres reformi ad X. de ascol. debent.

1614 ad 1617. — D. Petrus Thomas Croppet Prior. 81

« Ex Prior Boniloci per ch. 1616 fit Prior Allionis, et ibidem obiit et probatur ex ch. 1617, profusus Cantusiae. » ita et al.

1617 ad 1622. — D. Andreas Carcatrison Prior. 82

« Profusus Cantusiae a R^{do} Patre nominatur (19) Januarii 1617 ex litteris quas legi) et per ch. 1617 confirmatur, et videtur profuisse usque ad annum 1622, quo per ch. Priori ad suam in eadem instantiam, et propter senium, et frequentes infirmitates fit m^{ia}, cum potestate eligendi domum ad formam statuti. » obiit antiquior Cantusiae, hospes in domo Americae cuius Prior ex tunc erat et Reparatoris, ac Vicarius Tratomolis et Soloternum, postquam 52 an. laudabiliter vixit in ordine. » ita et al.

1622 ad 1625. — D. Petrus Basilius Carré Prior 83

« Profusus Cantusiae fit Prior per ch. 1622 et in officio mortuus est 30 Augusti ex ch. 1626. » ita et al.

1625 ad 1626. — D. Mathurinus Le Brun. Prior 84

« A R^{do} Patre super annum institutus ad suam instantiam per ch. 1626 ab solutus et mittitur hospes ad domum Vallis bonae prout petierat. Fuit Prior Boniloci, Montis merulae, Sellionis et Vernae. obiit die 26 novembris 1648 ex ch. 1649, qui ultra 56 annos laudabiliter vixit in ordine. » ita et al.

1626 ad D. Sebastianus Sotie Prior. 85

« Lotharingus ex Capucino Cantusianus effectus in majori Cantusiae professionem emisit anno 1599. Die 2 Februarii, primum vicarius, egit in hac domo Allionis usque ad annum 1606 quo per ch. eodem punctuere officio mittitur ad domum Ligniaci, deinde vicarius et Prior

40
Bonipassus, ac vicarius majoris Cartusiae, unde per ch. 1626 factus est Prior hujus Domus
sed paulo post revocatus est ad Cartusiam, tandemque hospes in Domo Annuntiacionis
(Ripalia) sancte moritur die 3/februarii anno 1632 virtutibus omnigenis exornatus:
cujus venerandus corpus post quinquennium repertum fuit incorruptum, etque integrum.

ad 1630. — D. Antonius de Lingrendes

86

« Professus Cartusiae erat Prior anno 1628, et anno 1630, paulo ante Capitulum generale
decessit signatus in ch. ejusdem anni, » ita catal.

1630 ad 1640. — D. Prosper Villet Prior

87

« Professus et procurator Cartusiae in obedientia Faverii (Barnes) obit de Domni Allisonis
proficitur per ch. 1630 et per R^om^o Patre ad Domum Faverii translatus circa annum
1640 (ex ch. 1640) ibidem in officio moritur signatus in ch. 1646, » ita catal.

1640 ad 1650. — D. Tussanus Guenet Prior

88

« In Priore Faverii a R^om^o Patre super annum institutus, per ch. 1640 confirmatur, professus
Cartusiae vitam et prioratum dimisit anno 1650, paulo ante Capitulum gen. » ita catal.

1650 ad 1685. — D. Bernardus Le Brun Prior

89

« Professus Cartusiae et procurator Partis Dei per ch. 1650 constituitur, dicitur proest anno
1682. (prior scripturae D. Caroli de Contault) — et Domum per gratiam 35 annorum sapienter
rexit et a fundamentis pene restauravit, tandemque propter decrepitanam senectutem Priora-
tum dimisit 1685. Et anno titulo coadjutoris ibidem remansit et obiit mense Janu-
ario 1692, » ita catal.

1685 ad 1691. — D. Daniel Privé Prior

90

« Professus Cartusiae D. Bernardo succedit dicto anno 1685, anno autem 1689 officio
visitatoris decoratur. Tandem anno 1691 ad Prioratum Ripaliae translatus fuit per ch.
Capituli generalis, » ita catal.

91
1691 ad 1692. — D. Paulus Clavel Prior. 91

« Professor cartusiae antea Prior D. Salignaci, instituitur in Prioratu D. Allionis per ch. 1691. Innotantum annis profuit et obiit 22 maii 1692. » Ita et al.

1692 ad 1694. — D. Raphael Ramel Prior. 92

« Professor cartusiae anno 1692 institutus a R^oo Patre profuit usque ad annum 1694. Deinde ei committitur regimen D. S^{ti} Hugonis. » Ita et al.

1695 ad 1697. — D. Joannes Carolus Jaquet Prior. 93

« Professor cartusiae per ch. anni 1695 ex Priore D. Boni loci / et Prior D. Allionis quatuorviginti usque ad annum 1697, quo ad domum Partis Dei transmittitur. » Ita et al.

1698 ad 1705. — D. Laurentius Bonot Prior. 94

« Professor cartusiae et coadjutor D. de orationibus Salutaribus, domui huius oratoriae Pastorem proficitur per ch. 1698. Anno autem 1705 R^oo Pater transmittit eum ad Prioratum D. de orationibus merulo. » Ita et al.

1705 ad 1706. — D. Antonius Dufaure, Prior. 95

« Professor et Prior D. Burdigalae per aliquos menses tenuit Prioratum D. Allionis, et per ch. anni 1706 translatus fuit ad regimen D. de orationibus. » Ita et al.

1706 ad 1712. — D. Paulus Terrasson Prior. 96

« Professor cartusiae ex procuratore D. Salignaci ad regimen huius domus assumitur a R^oo Patre cui per ch. anni 1706 relicta fuerat talis dispositio, Anno vero 1712 factus est per ch. Capituli gen. Prior D. de orationibus. » Ita et al.

1712 ad 1717. — D. Hugo de Montenard Prior. 97

« Professor D. Villenove ductus de Prioratu D. de orationibus eodem anno 1712 transferitur ad regimen huius D., et anno 1717 ad illud domus Bonipassus. » Ita et al.

1717 ad 1733. — D. Gabriel Lajard Prior.

98

« Professor cantusiae per h. anni 1717 ex procuratore Dⁱ fil Prior, et anno 1733 per dispositionem, R^o Patris Prioratum commutavit cum Priore Dⁱ Vallis clusae. » Ita et al.

1733 ad 1738. — D. Emmanuel Varenard Prior.

99

« Professor D. Villersovae die et anno quibus supra (dies obitus fuit) nominatus hujus Dⁱ Prior, et 18 martii an. 1738 translatus fuit ad Prioratum Dⁱ Ripalisae, » Ita et al.

1738 ad 1745. — D. Andreas Gaulne Prior.

100

« Professor cantusiae ex Rectore Caleni assumptus est in Prioratum anno 1738 a R^o Patre qui 5^a martii anno 1745 eum absolvit et misit coadjutores, Dⁱ Majorcevi. » Ita et al.

1745 ad 1749. — D. Jacobus Gaillard Prior.

101

« Professor cantusiae et procurator Dⁱ Ancoci dicta die 5^a martii 1745 Prior designatus, profuit usque ad annum 1748, sub finem novembri missus est Romam cum titulo tamen Prioris Allionis quem retinuit usque ad 28^{am} junii 1749, qua per diploma R^o Patris designatus Prior Dⁱ Romae et Procurator generalis Ordinis, neutrum tamen officium assumpsit nisi post mortem, V. P. S. Valentini Douglas qui utroque officio functus fuerat, » Ita et al.

1749 ad 1750. — D. Gaspar Cuivrand Prior

102

